CATALOGUS

CODICUM MANU SCRIPTORUM

BIBLIOTHECAE REGIAE

MONACENSIS.

TOMI III PARS II.

CODICES LATINOS CONTINENS.

EDITIO ALTERA.

MONACHII

A. M. D. CCC. XCIV.

SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE.

PROSTAT IN LIBRARIA REGIA PALMIANA.

CATALOGUS
CODICUM LATINORUM
BIBLIOTHECAE REGIAE
MONACENSIS.

EDITIO ALTERA
EMENDATIOR.

TOMI I PARS II.
CODICES NUM. 2501—5250 COMPLECTENS

MONACHII
A. M. D. CCC. XCIV.
SUMPTIBUS BIBLIOTHECAE REGIAE.
PROSTAT IN LIBRARIA REGIA PALMIANA.

Typis A. Bruckmann, Monachii.

Codices manu scripti Latini, qui initio huius saeculi ex bibliothecis cum civitatum imperialium regno Bavarico adiectarum tum monasteriorum sublatorum in publicam Monacensem translati erant, **Andreae Schmellero** perscribendi traditi sunt. In hoc opere et difficili et taedii pleno parum adiuvabatur tabulis librorum, quae ex quaque bibliotheca cum libris ipsis transportatae erant; cum enim paucae diligenter et scite confectae essent, plerumque res de integro ordienda erat. Sed si quando Schmellerus catalogum paulo diligentius confectum invenerat, horum codicum titulos, ut in immenso opere a se suscepto celerius proficeret, ipse brevius fere transscribebat accuratiorem eorum descriptionem in posterum tempus reservans. In his igitur partibus labor noster maior quam in reliquis erat: qui qualis in omnibus fuerit, iam in prologo primi tomi breviter indicatum est. Subsidiis enim paratis ita usi sumus, ut singulis codicibus iterum accurate inspectis et priorum descriptiones in breviorem formam redigeremus et corrigeremus aut suppleremus quae minus recte pleneve descripta invenimus. Labor autem in hac parte

exhibitus ita divisus erat, ut codices num. 1—1005 ipse descripserim, Bambergenses et Benedictoburanos Georgius Laubmannus, collega doctissimus, reliquos denique Gulielmus Meyerus, magistrorum collegio in gymnasio Maximilianeo huius urbis adscriptus.

Scripsi mense Julio a. 1871.

Carolus Halm,
bibliothecae praefectus.

Praefationi Halmianae quod addam nihil habeo, cum et ipse et Sigism. Riezlerus collega in emendanda et perpolienda nova editione easdem ut in primo volumine rationes secuti simus.

Monachii cal. Jan. a. 1894.

Georgius Laubmann,
bibl. praef.

Codd. numero 2501—2515 et 2524 sq. ex bibliotheca Carmelitarum Abensbergae.

2501 (Abensb. 1) membr. 8⁰. s. XIV/XV. 213 fol. 1

Diurnale secundum ordinem fratrum B. M. de monte Carmeli.

2502 (Ab. 2) 4⁰. s. XV. 401 fol. 2

Breviarium Carmelitarum. Praecedit in fol. 1—8 (membr.) Calendarium.

f. 401 Aenigmata ex historia biblica.

Anno 1492 (f. 400) possedit codicem Fr. Jodocus Perndorffer O. Fr. B. M. de Monte Carmeli, tunc praedicator in Abensperg.

2503 (Ab. 3) 4⁰. s. XV. 178 fol. 3

Missale cum Calendario.

2504 (Ab. 4) membr. 4⁰. s. XIV. 331 fol. 4

(**Jacobi de Voragine**) Legenda sanctorum.

Liber, qui ex bibliotheca Antonii Bar. de Deuring domini in Thrain in bibliothecam Carmelitarum Abensb. a. 1723 pervenit, scriptus est a Colino de Bosc.

2505 (Ab. 5) membr. 8⁰. s. XV ineunt. 266 fol. 5

Breviarium cum Calendario.

2506 (Ab. 6) 2⁰. a. 1479. 395 fol. 6

Missale Ratisponense de tempore et de Sanctis per totum annum. Praecedit calendarium. — Scripsit frater Jodocus Pernndorffer de Lantzhuta.

2507 (Ab. 7) 2⁰. s. XV. 334 fol. 7

Testamentum vetus usque ad Paralipomena.

2508 (Ab. 8) 2⁰. s. XV. 418 fol. 8

Testamentum vetus usque ad Ecclesiastici cap. 50 in.

2509 (Ab. 9) 2⁰. a. 1458—62. 233 fol. 9

Fol. 1—31 **Nicolai de Dinkelspüchel** tractatus super orationem dominicam. f. 104—116 Idem de VII donis Spiritus Sancti. f. 118—151 De VIII beatitudinibus. f. 154—179 De Eucharistia s. corpore Christi.

f. 32—34 (**Nicolaus de Grätz**) De symbolo apostolorum. Inc. ‘Quicumque homo habens usum rationis vult venire’.

f. 35—99 **Johannis de Margenwerdet** (Marienwerder) expositio symboli apostolorum. Inc. 'Venite ambulemus in lumine Dei nostri'.
f. 100—103 Incerti tractatus de quatuor peccatis clamantibus. Inc. 'Qui gladio occiderit, gladio peribit'.
f. 116 sq. Sententiae SS. Bernhardi, Augustini, Gregorii etc.
f. 151—153 Casus penitentiales.
f. 180—197 'Eloquenti viro domino **Johanni (Huss)** verbi Dei seminatori in Praga'. Est epistola fratris ex schola Viennensi. Cf. Clm. 2763.
f. 197—213 Anonymi ex Vienna sermo. Inc. 'Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem'.
f. 214—218 Mgri **Petri de Pirckenwart** sermo de sacramento eucharistiae.
f. 220—230 (**Andreas de Escobar**) De decimarum solutione et primitiarum et oblationum.
f. 230—233 Speculum amatorum mundi. 'Videte quomodo caute ambuletis'. — Liber scriptus est a Leonardo Püechlero rectore eccl. B. M. in Abensberg.

10 **2510** (Ab. 10) membr. in 8⁰ mai. s. XV. 44 fol.

Constitutiones ordinis B. M. V. de Monte Carmeli. Liber et ab initio et in fine mutilus est.

11 **2511** (Ab. 11) 2⁰. a. 1470. 348 fol.

Sermones de Sanctis per annum (primus de S. Andrea, paenultimus de S. Caecilia, ultimus de dedicatione ecclesiae). Praecedit rerum index copiosissimus.

12 **2512** (Ab. 12) 2⁰. s. XVI. 351 fol.

Fol. 1 Etliche schoene Predig von dem Antichristo, ob doch der Pabst der ware antichrist sey. Vienne im Advent. f. 23 Ob auff ein Zeit ein Pabst sey ein Weib gewesen. f. 29 Von der Busse, 4 Predigten. f. 50 Conciones XII de Sacramento matrimonii habitae a P. **Georgio Scherer** in aede Augustiniorum a. 1579 (deutsch). f. 97 Vom Wucher in 13 Capiteln. f. 146 De ecclesiastici templi dedicatione. Apud Scotos a. 1576. f. 153 De dedicatione a. 1579 (deutsch). f. 158 In die dedicationis. Viennae 1574 (deutsch). f. 170 Leichpredigt Casparn Lichtenbergern gehalten 1581. f. 174 Dominica 18. post Trinitatem 1581 (deutsch). f. 178 De nativitate B. Mariae V. 1581 (deutsch). f. 182 Vom Ambt der h. Mess in 16 Predigen. f. 228 Vom Sacrament der tauff. f. 231—257 Dominica Laetare, Passionis etc. (deutsch).
f. 259—341 Index librorum ante a. 1574 impressorum bibliothecae cuiusdam (Viennensis), adiectis annis quibus quisque auctor floruit.
f. 342 De coniugio. f. 346 Ad sponsam (deutsche Predigten).

2513 (Ab. 13) 2⁰. s. XV. 425 fol. 13

Fol. 1 Tractatus de confessione (Compendium confessorum).
f. 36 **Nicolai de Dinckelspüchel** lectura super quarto Sententiarum, excerpta a Mgro Johanne Schiltpacher (recte: Schlitpacher), fratre Medlecensi a. 1437. 'Explicit per me leonardum p. (Puechler) 1461'.
f. 168 Tractatus de corpore Christi. Inc. 'Utrum caro aut sanguis Christi in sua propria forma totaliter vel secundum aliquam sui partem habeatur hic intra'.
f. 174ᵇ De chorea.
f. 176 Excerpta ex lectura domini **H. de Odendorff** iuris utriusque professoris super textum decretalem: 'Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discrecionis peruenit, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur'. Scripsit Joh. Fruet de Egloffing 1456.
f. 212 Compendium theologicae veritatis. Libri auctor, qui vulgo Albertus Magnus vocatur, erat **Hugo de Argentina,** cf. Clm. 4703 et 4581.
f. 407 Aurea bulla. f. 419 Leges promulgatae in curia Metensi per Karolum IV Romanorum imperatorem.
f. 424 sq. Casus prohibentes a communione.

2514 (Ab. 14) 2⁰. s. XV. 287 fol. 14

Summa (**Bartholomaei**) **Pisani.**

2515 (Ab. 15) 2⁰. s. XV. 218 fol. 15

Expositio Psalmorum sic incipiens: Propheta magnus surrexit in nobis. Ad calcem libri legitur rubro scriptum: **'Laurentius Schiltperger',** qui idem in tegumento voluminis auctor libri inscriptus est.

2524 (Ab. 24) 4⁰. a. 1608—1611. 359 fol. 16

Fol. 1 Synoptica praecipuarum astronomiae partium epitome.
f. 110 Ein kurtzer bericht wie man nach dem gemeinen Modo figuras Caeli oder Nativitäten stellen soll. 1608.
f. 137 Methodus compositionis diariorum (calendariorum) ex veris astronomiae principiis.
f. 212 De methodo seu dispositione partium orationis oratoriae tam generali quam speciali.
f. 226 Synopsis rhetoricae ex Aristotele, Quintiliano aliisque tum priscis tum recentioribus magistris collecta.
f. 343 **Valentinus Erithraeus** Lindaviensis de ratione dissolvendi (ἀναλύσεως) optimorum authorum scripta et de compositione vel styli exercitatione. — Librum scripsit Fridericus Ernestus Nördlingensis Wittenbergae.

2525 (Ab. 25) 4⁰. s. XV. 9 fol. 17

Fragmentum liturgicum.

Codd. n. 2531—2891 ex bibliotheca Alderspacensi.

18 **2531** (Ald. 1) membr. 4°. s. X. 95 fol.

Vitae SS. Paulae, Euphraxiae (sic), Euphrosinae, Pelagiae, Brigidae uirginis Scottigenae. (Vitae Euphrosynae et Pelagiae non sunt integrae, cum aliquot schedae post f. 51 interciderint.) In pag. extrema legitur hymnus 'Omnes superni ordines', cf. Mone num. 626.

19 **2532** et **2533** (Ald. 2 et 3) membr. 2°. s. XI exeunt. 262 et 205 fol.

Augustini de ciuitate Dei libri XXII.

20 **2534** (Ald. 4) membr. 4°. s. XII in. 112 fol.

F. 1 **Augustini** liber exortationis ad quendam amicum karissimum sibi. Cf. Opp. ed. Migne VI, 1047.

f. 35[b] Domino Karolo (Calvo) regi gloriosissimo **Hincmarus** Remorum episcopus. Inc. Mitto uobis sicut iussistis etc. Est liber de cavendis vitiis et virtutibus exercendis, apud Migne vol. 125 p. 857.

21 **2535** (Ald. 5) membr. 4°. s. XII. 96 fol.

(**Defensoris** monachi) Scintillarum liber. Prologus libri diversus est ab eo, qui exstat in ed. Migne Patrol. curs. 88, p. 597. In pag. extrema alia manu adscriptus est hymnus 'Aeterne rerum conditor', cf. Daniel I, 15.

22 **2536** (Ald. 6) membr. 2°. s. XII. 129 fol.

Fol. 1 **Gregorii Papae** liber regulae pastoralis.

f. 87 Vita B. Nycolai.

23 **2537** (Ald. 7) membr. 4°. s. XII in. 170 fol.

S. Gregorii dialogorum libri IIII.

24 **2538** (Ald. 8) membr. 4°. s. XII in. I et 104 fol.

Petri Damiani Hostiensis episcopi liber, qui appellatur Dominus uobiscum, laus heremiticae uitae, apologeticum de contemptu saeculi, de horis canonicis (f. 79[b]) aliaque opuscula.

25 **2539** (Ald. 9) membr. 4°. s. XII. 112 fol.

F. 1 **Smaragdi** abbatis Diadema monachorum. Cf. Patrol. curs. 102, 593.

f. 111 s. XIII. Sermo **B. Johannis** episcopi sic incipiens: Prosunt nonnunquam supplicia et tribulationum sarcinis anime sepius corriguntur.

f. 112 Sermo de misericordia incipiens: Tria sunt misericordiae opera optanda christiano. Sermo conversionis ad dominum, incip.: Legimus ergo apostolum.

2540 (Ald. 10) membr. 2⁰. s. XII. 185 fol. 26

Fol. 1ᵇ De captiuo monacho. Est vita Malchi auctore **Hieronymo.** Cf. Migne, Patrol. curs. t. 23, c. 53.
f. 3ᵇ Vita S. Pauli primi heremitae auctore Hieronymo. Cf. Migne l. c. c. 17.
f. 6 Vita b. Hylarionis, auctore eodem. L. c. c. 29.
f. 14ᵇ Libri quatuor **de vitis SS. Patrum** cum prologo S. Hieronymi. Liber primus concordat cum historia monachorum seu libro de vitis patrum auctore **Rufino,** edit. in Mignii Patrologia t. 21, c. 387—462, est autem aliter dispositus. f. 38 Liber secundus = liber tertius de vitis patrum auctore probabili Rufino; cf. Migne 73, 739 sq. f. 71 Liber tertius = liber quartus de vitis patrum auctor. Severo Sulpicio et Joanne Cassiano; cf. Migne 73, 813 sq. f. 164 Liber quartus continet 38 capita historiae Lausiacae, Migne 73, 1091 sq., sed aliter disposita et partim redacta.

2541. 2542. (Ald. 11 et 12) membr. 2⁰. s. XII. 95 et 65 fol. 27 28

Graduale de tempore et de festis, cum notis musicis.

2543 (Ald. 13) membr. 4⁰ min. s. XII. 106 fol. 29

Fol. 1 **Alcvvini** expositio Psalmorum penitentialium. Cf. ed. Frob. I, 342. f. 50 Eiusdem (?) sermo ad pueros S. Martini de confessione peccatorum.
f. 60 Sermo de catholica fide. Inc. 'Dei filius quem propria substantia deus pater ante secula genuit'. f. 82ᵇ Excerpta ex Augustini confessionum libris. f. 87ᵇ De sede animae. 'Quidam sedem animae quamuis sit in corpore toto diffusa in corde esse uoluerunt' etc. f. 96ᵇ Interpretationes notarum (h. e. locutionum quarundam diuinarum).

2544 (Ald. 14) membr. 2⁰. s. XII. 165 fol. 30

Fol. 1 **Venerabilis Bedae** presbyteri expositio super Esdram. f. 101 Eiusdem tractatus super librum Tobiae.
f. 113 **Senecae** Cordubensis de officiis (i. e. de beneficiis) libri I—III c. 22. Lectiones exscripsit A. Weidner in Critt. script. spec. p. 30 sqq. (Coloniae 1864). f. 155 Eiusdem epistolae ad Lucilium I—XI.

2545 (Ald. 15) membr. 2⁰. s. XII. 127 fol. 31

Fol. 1 **Venerabilis Bedae** expositio Actuum Apostolorum.
f. 50 **S. Isidori** soliloquiorum (i. e. Synonymorum) libri II; cf. ed. Arev. VI, 473.
f. 74ᵇ **Leonis Papae** sermo de fide catholica. Est tractatus adv. errores Eutychetis ed. Rom. 1753, I p. 315 sqq.
f. 81 **Victoris Vitensis** historia persecutionis africanae provinciae. Ed. Halm in Mon. Germ. Auctor. antiquiss.

tom. III, 1 sq. et Petschenig in Vol. VII Corporis Scriptor. eccl. lat. Vindobonae.

32 **2546** (Ald. 16) membr. 2⁰. s. XII. 180 fol.

Vitae Sanctorum a Jacobo minore usque ad Agapetum. Cf. Holder-Egger, Neues Archiv XIII, 573 sq.

33 34 **2547. 2548** (Ald. 17 sq.) membr. 2⁰. s. XII. 225 et 163 fol.

Vol. I f. 1—104 **B. Cassiani** de institutis patrum (coenobiorum) libri XII. f. 104ᵇ—225 Eiusdem collationes patrum lib. I—VIIII.

Vol. II f. 1—163 libri X—XXIV. Adiectus est in fol. ult. hymnus incipiens: Imperatrix gloriosa Tu de spina candens rosa etc.

35 **2549** (Ald. 19) membr. 2⁰. s. XII. 126 fol.

F. 1 **S. Ambrosii** Hexameron. f 83ᵇ Eiusdem de paradiso liber. f. 104ᵇ Eiusdem de Cain et Abel libri II. f. 126ᵇ Versus de Ada et Eva inc.: Ade de costis Ade datur uxor et hostis.

36 **2550** (Ald. 20) membr. 4⁰. s. XII. 132 fol.

F. 1 **Ambrosii** de officiis ministrorum libri III.

f. 77 **Maximi** philosophi et monachi (Constantinopolitani) liber ad Elpidium de caritate. Cf. ed. Combefis I, 394.

f. 106 **Cassiodori** senatoris liber de anima.

f. 126ᵇ **Notheri** (Notkeri) cenobite S. Galli lib. de illustribus uiris qui sacras scripturas exponebant aut quasdam sententias diuinae auctoritatis explanabant, script. ad Salomonem discipulum suum, postea Constantiens. episcopum.

37 **2551** (Ald. 21) membr. 2⁰. s. XII. 136 fol.

F. 1 **Isidori** explanatio hystoriae legis diuinae. Sunt quaestiones in Vetus Testamentum, vol. V, p. 259—552 ed. Arev.

f. 83ᵇ Versus Isidori (al. Damasi). 'Sunt hic plura sacra. sunt mundialia plura — Pigmenta gerimus pocula nulla damus'. Cf. ed. Arev. VII, 179.

f. 84 **Gregorii M.** expositio in canticis canticorum = T. V, 471 ed. Migne.

f. 120ᵇ **Origenis** homiliae II in canticum canticorum a S. Hieronymo translatae, epistula ad Damasum praefixa.

f. 131 **Moysis** (Armeni) prologus in graecas dictiones quae inueniuntur in prologis S. Jeronimi. Inc. 'Praeteriere iam plures anni posteaquam litteris' etc. f. 135ᵇ De serpente eneo. 'Serpens eneus qui in S. Euangelio legitur' etc. De VII manufactis miraculis quae fuerunt olim in mundo. 'Primum est capitolium Rome', etc. Est opus Bedae Venerabilis. Ed. Orellius in Philonis Byzantii libello de septem orbis spectaculis p. 147. Cf. cod. lat. 2571. Tegumentum anterius continet fragmentum edicti quo Imp.

Ludovicus IV. Bavarus a. 1324 ad concilium generale appellavit. Cf. Olenschlager Staatsgesch. des röm. Kaiserth. Urkundenbuch p. 120—124.

2552 (Ald. 22) membr. 2^0. s. XII. (a. 1126—1146.) 182 fol. 38

48 **Legendae Sanctorum,** scilicet Conversio Gallicani principis militiae, Passiones Johannis et Pauli, Victoris, Timothei apostoli, apostolorum Petri et Pauli, Jacobi Zebedei, Bartholomei, Mathei, Symonis et Judae, Valentini, Georii, Adelberti, Gangolfi, Bonifacii episcopi, Nazarii et Celsi, Albani, VII fratrum, Apollinaris, Christifori, Donati et aliorum, Hermetis praefecti, Adriani militis, Eugeniae et Basilissae virginum, Nicomedis, Luciae et Geminiani, Lamperti episcopi, Mauricii et aliorum, Cosmae et Damiani, Leodegarii episcopi, Sergii et Bachi, Uenezlai, Dionisii et aliorum, Januarii et aliorum, Gereonis et aliorum, Crispini et Crispiniani, Quintini, Cesarii leuitae, Eustachii et aliorum, IIII Coronatorum, Theodori, Mennae, Clementis, Chrisogoni, Chrisanthi Mauri et Dariae, Saturnini, Cypriani et Justinae, Simplicii, Faustini et Beatricis, Gorgonii et Dorothei. Cf. Holder-Egger, Neues Archiv XIII, 573, 577 sq. Passionem S. Bonifacii (f. 54^b) ed. Nürnberger, Anecdota Bonifatiana, p. 8 sqq. (26. Bericht der Philomathie in Neisse 1892, p. 122 sqq.)

2553. 2554 (Ald. 23 sq.) membr. 2^0. s. XII. 251 et 115 fol. 39 40

Gregorii Magni Moralium in Job partes I—III sive libri 1—16.

2555 (Ald. 25) membr. 2^0. s. XII. 105 fol. 41

Fol. 1 Vita S. Johannis apostoli, f. 9 S. Silvestri Papae, f. 32^b S. Columbae uirginis, f. 34^b S. Basilii Caesar. episc., f. 44^b De Joseph Ebreo, f. 45^b Vita S. Remigii Remensis episc., f. 58^b Vita S. Hilarii Pictauensis ep. Fortunato auctore, f. 61^b Eiusdem ep. ad filiam suam Abram (= II, 525 ed. Veron.), f. 62^b Hymnus eiusdem = ib. II, 529. Versus abbatis Othonis ad Henricum Imp. (de S. Hilario). De miraculis S. Hilarii. f. 65^b Vita S. Felicis, f. 66^b S. Mauri abbatis Fausto monacho auctore, f. 80 Passio S. Eugeniae, f. 87 Passio S. Sebastiani, f. 101 Vita S. Eufrosinae.

2556. 2557 (Ald. 26 sq.) membr. 2^0. s. XII. 198 et 122 fol. 42 43

Aurelii Augustini sup. Euang. S. Johannis sermones 1—118. Volumini secundo praefixa sunt duo folia s. XIII, in quibus Pseudo-Matthaei libellus de conceptione S. Mariae scriptus est. Cf. Cod. apocr. N. T. ed. Fabr. I, 7.

2558 (Ald. 28) membr. 2^0. s. XII. 148 fol. 44

Aurelii Augustini tractatus super psalmos LI—LXVII.

45 **2559** (Ald. 29) membr. 2⁰. s. XII. 182 fol.

Eusebii Caesariensis ecclesiasticae historiae libri IX translatae a Rufino cum huius continuatione.

46 **2560** (Ald. 30) membr. 2⁰. s. XII. 135 fol.

Fol. 1 **Hieronymi** contra Jouinianum libri II. f. 78 Eiusdem apologeticus ad Pammachium = ep. I, p. 232 ed. Vall. f. 91ᵇ Aduersus Heluidium de S. Mariae uirginitate perpetua = ib. II, p. 205. f. 102 Sermo: 'Hodie uerus sol ortus est' = ib. XI, 208. f. 102ᵇ De epiphania Domini = Maximi Taur. opp. ed. Rom. 1784 p. 421. f. 104ᵇ Sermo de ieiunio = August. opp. XI, p. 1142 ed. Migne. f. 105 Sermo de pascha = Aug. opp. VI, 1201. f. 107 Sermo de psalmo CXVII (Augustini?): 'In omni quidem psalterio' = Mai Nova bibl. I, 20.

f. 108 **Bacharii** (Bachiarii) epistola ad Januarium (de reparatione lapsi). Cf. Patrol. curs. 20, 1037.

f. 119 Anonymi tractatus de mysterio missae. Incipit: Vere credere et indubitanter scire debemus infra catholicam ecclesiam ubi catholica fide hoc mysterium celebretur etc.

f. 120 **Pauli et Senecae** epistolae mutuae.

f. 123 Sermo B. **Jeronimi** de persecutionibus = Augustini opp. VI, 1342 ed. Migne.

f. 124ᵇ Anonymi epistola de orandi studio. Inc. Domino et patri t. h. (sic) munusculum hoc dilectionis meae uos precor benignitate suscipere, qua me illud scio deuotione obtulisse.

f. 131ᵇ **S. Anastasii** sermo = Patr. curs. lat. 18, 71.

47 **2561** (Ald. 31) membr. 2⁰. s. XII. 162 fol.

Fol. 1 **Johannis** Constantinopolitani (Chrysostomi) liber de reparatione lapsi. f. 32ᵇ Eiusdem de compunctione cordis libri II.

f. 60 **Juliani Toletani** Prognosticorum libri III.

f. 108ᵇ **Effrem** diaconi de compunctione cordis libri VI.

f. 153 Vita et miracula S. Mariae Magdalenae.

f. 161ᵇ—162 Versus XIII, quorum primus 'Oppositum montem conscendere cernis Orontem' cum prolixa analysi. Leguntur apud Ducange, Gloss. med. et inf. lat. s. v. Amaratunta (I, 216 ed. Henschel).

48 **2562** (Ald. 32) membr. 4⁰. s. XII. I et 108 fol.

Origenis liber super cantica canticorum.

49 **2563** (Ald. 33) membr. 8⁰. s. XII. 175 fol.

Origenis Adamanti homiliae XXVI in Jesu Naue Rufino interprete.

50 **2564** (Ald. 34) membr. 2⁰. s. XII. 176 fol.

Fol. 1 **S. Ambrosii** Mediolanensis episcopi tractatus de psalmo

CXVIII. f. 149 Eiusdem de mysteriis liber. f. 154^{b} Eiusdem de sacramentis libri VI. f. 166^{b} Eiusdem (?) de penitentia libri II, sed secundus non integer. Incipit: Ad increpationem festino quem scio esse superbum. Penitere te asseris? qui diaboli opera requiris etc.

2565 (Ald. 35) membr. 2⁰. s. XII. 156 fol. 51

Bernhardi abbatis expositio super cantica canticorum. Pars prima sive sermones I—XLIX.

2566 (Ald. 36) membr. 2⁰ min. s. XII. 97 fol. 52

Fol. 1 **Sulpicii Seueri** de uita S. Martini liber cum epistolis et dialogis. f. 87^{b} Versus in basilica Turonica S. Martini.
f. 91 De depositione S. Martini. f. 92 De puella ab ortu natiuitatis suae muta et surda. f. 94 Vita S. Brictii.
f. 97 De suetudine id est negligentia.

2568 (Ald. 38) membr. 2⁰. s. XII. 167 fol. 53

'Liber Evangeliorum sub sacrificio Missae decantatorum'.

2569 (Ald. 39) misc. membr. 2⁰. s. XII extr. — XIV. 163 fol. 54

Fol. 1 Passio S. Andreae. f. 4 De gestis eiusdem. f. 16 Passio S. Thomae, f. 26 S. Margarete, f. 33^{b} vita et passio S. Oswaldi regis, f. 41 passio SS. martyrum VII fratrum, f. 47^{b} S. Torpetis, f. 55^{b} Vita S. Briccii.
f. 60. Adbreuiatio magistri **Bandini** (al. Baudini) de libro sacramentorum magistri Petri parisiensis episcopi.
f. 96 S. **Hieronymi** liber quaestionum hebraicarum in Genesin = III, 301 ed. Vall. f. 123^{b} Idem de libro Judicum (= ib. III, 755 Append.). Secundus liber non est integer.
f. 119 sq. variae figurae obiter calamo pictae s. XII.

2570 (Ald. 40) membr. 2⁰. s. XII/XIII, I et 108 fol. 55

Fol. 1 **Johannis Damasceni** liber gestorum Barlaam et Josaphat.
f. 65 Passiones S. Julianae, Agathae, Martinae, Eulaliae, Dorothcae, Theclae, Blasii, Vincentii leuitae auctore S. Augustino (?), Anastasii monachi (haec non est integra).
f. 105 In cena domini. Sermo sic incipiens: Ante diem festum pasche sciens Jesus quia uenit hora eius etc.

2571 (Ald. 41) membr. 2⁰. s. XII/XIII. 155 fol. 56

Fol. 1 'Glosarius in nouum et uetus Testamentum'.
f. 149 De serpente eneo (Beda). De VII miraculis quae fuerunt olim in mundo. Cf. n. 2551. f. 149^{b} **Moysi** (Armeni) expositio in graecas dictiones quae inueniuntur in prologis S. Hieronymi.

2572 (Ald. 42) membr. 4⁰. s. XII (inter 1182—1199). 99 fol. 57

Fol. 1 **Hugonis** (de S. Victore) liber didascalicon. Desinit post cap. 13 libri VI, Patrol. Curs. 176 p. 809. In fine

legitur: Libellum conscribi fecit Eberhardus abbas in alderespach.

f. 71 De Psalmo XXVIII et de triplici hostia ac diuersa conditione et oblatione. Inc. Afferte domino filii dei afferte domino filios arietum etc. — In tegumento liber S. Bernardo addicitur.

58 **2573** (Ald. 43) membr. in 4⁰. s. XII ex. 89 fol.

Hugonis (de S. Victore) expositio super Ecclesiasten. Libro in fine mutilo non supersunt nisi homiliae I—XVI.

59 **2574ᵃ** (Ald. 44ᵃ) membr. in 4⁰. s. XII ex. 61 fol.

Hugonis tractatus varii: fol. 1 super Magnificat. f. 15 De uirginitate S. Mariae. f. 28 De quinque septenniis in S. Scriptura. f. 33 De tribus diebus. f. 52 De triplici natura ignis. f. 55 De arbore sapientiae.

60 **2574ᵇ** (Ald. 44ᵇ nunc Cimel. 7) bombyc. in 4⁰. s. XIII. 134 fol.

Alberti Bohemi (Beham) decani ecclesiae Pataviensis Adversaria autographa. Maiorem partem historicam edidit Const. Hoefler in bibliotheca Stuttgardtiensi, vol. XVI, 2. Cf. etiam eius descriptionem codicis in Gelehrte Anzeigen der Münchener Ak. d. W. XVIII, p. 591 sqq.

F. 23 Juramentum amicitiae perpetuae. — Varia debita. f. 23ᵇ Tabula genealogica Cham, Seth etc. f. 25ᵇ Variae sententiae secundum ordinem alphabeti (A—M). Sunt excerpta e sententiis **Publilii Syri.** f. 34ᵇ Primum nomen Sarracenorum. f. 35 Probatio lignorum aloes et tiriaces (teriaces). f. 35ᵇ Nota quod talis est in ecclesia Lugdunensi in summis festivitatibus consuetudo. f. 36ᵇ De tempore excommunicationis Friderici imperatoris et Eberhardi archiepiscopi Salzeburgens. — 'Si cupis terrestrem paradisum videre, hiis diebus poteris ascendente sole videre'. f. 38ᵇ De aliquibus feodis ecclesiae Patav. f. 39 De instrumentis in pixide parva, quam habet Albertus apud subcustodem Waltherum. f. 40ᵇ De libris quibusdam in bulgis conservatis. Ed. Schmeller in Serapeo II, 259. Hic et in f. 120 verba Bohemica, quae ed. Truhlař in Casopis Mus. Cesk. Led. 53 (1879), p. 580—585. f. 42 'Imperatorie maiestatis est tres in palatio habere mansiones'. f. 43ᵇ Tabula operis sequentis. f. 44—71ᵇ (Pseudo-Aristotelis) liber, qui inscribitur de secretis secretorum vel de regimine principum, cum prologo Johannis filii Patricii, qui transtulit librum istum; cf. Rich. Foerster, De Aristotelis quae feruntur secretis secretorum commentatio, Kiliae 1888, p. 37.

f. 59ᵇ, 90, 109 sq. 133 Praecepta medica.

f. 69ᵇ Delineatio cornu enei artificio mirabili fabricati, quo Alexander ex 60 miliaribus suum exercitum tempore belli convocavit.

f. 70 Sermo de phisonomia omnis hominis. Est caput ultimum libri de secretis secretorum.

f. 72 De significationibus lune in signis. Praecepta astrologica. f. 73 'Cum volueris invenire signum tuum'. — 'Si scire uolueris quis prius moriatur de duobus'. — 'Leo, sagittarius, aries arescunt' etc.

f. 73ᵇ Epistola Alkinderi (recte: Al-Kindî) alcalif de baldac sacerdotis et filosophi, ad amicum suum karissimum Theodorum inuictissimi cesaris philosofum data.

f. 75ᵇ De sideribus: 'Fortuna arietis est in militia et in seruicio aliorum, in hospitalitatibus, in taberna et in macello' etc.

f. 84ᵇ 'Vexillum uictorie Parma ferens gaude'. Höfler, n. 38. 'Pange lingua gloriam prelii felicis'. Höfler, n. 39. f. 85 'Conpellit immanitas Friderice (sic) pestis'. Höfler, n. 40. f. 85ᵇ Sex versus de Friderico.

f. 91 'Cave tibi o alexander ne asumas medicinam uel uenam aperias nisi de licentia scientie astrorum' etc. 'Crucem domini nostri Jesu Christi ex quatuor generibus lignorum constat fuisse' etc. Höfler, p. XXIII.

f. 91ᵇ Cisioianus. Ed. Höfler p. XXIV, Ratzinger in 'Historisch-politische Blätter', T. CIII, p. 617 sq., Lechner, Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern, p. 163 sq.

f. 94 Vdalrici (sic) Patauiensis (episcopi) dispositio de bonis agnati sui Babonis de Ellenpreschirchen (recte: Ellenprehteschirchen) a. 1194, ed. in Mon. Boic. XXVIII, b, 261 sqq. sub recto nomine Wolfkeri ep. Patav.

f. 95ᵇ Diploma Heinrici VI imperatoris de a. 1193 (hic falso: 1123) 5. kal. April., edit. in Mon. Boic. XXIX, a, 469 sqq.

f. 98ᵇ Variae Alberti expensae et f. 99ᵇ pecuniae receptae ab eo.

f. 100 De valore marcae auri et marcae argenti.

f. 100ᵇ 'Hec tenebitur exequi dominus Wolframus plebanus in Heiming et ducere ad effectum'.

f. 107ᵇ 'Sculptile dicitur Cimera. Cimera sibi (sic) dicitur quod non existit in rerum natura' etc.

f. 108 Definitiones animae secundum Augustinum et Aristotelem. f. 108ᵇ Forum specierum apud Lugdunum. Ed. Höfler p. XXIII.

f. 110ᵇ De piscibus in lacu Garzhe (sic) prope Veronam. De duabus arboribus amarellarum in valle Bosana infra castrum Epan et Telle. De generibus smerillorum. f. 111 De saphiris.

f. 111ᵇ De diversis translatoribus et interpretibus.

f. 112 De diversis nominibus historiae sanctae.

f. 118 De Dyonisio Ariopagita. De creatione mundi secundum Genesim.

f. 121^b 'Glose excerpte de scolastica hystoria' (Petri Comestoris). Incipere videntur haec excerpta iam in foliis prioribus. Deleta sequuntur: 'Incipiunt dicta Methodi episcopi Paternensis de regnis et regum et gentium et de nouissimis temporibus certa demonstratio Christi'. Ex Methodio nihil sequitur.

f. 131^b De dispositione arce (archae) secundum Moysen et Josephum. f. 132 De planetis. f. 132^b Glosa super Sybillam eritream babilonyensem. f. 133 De marcha polonorum; Höfler p. XXIII. f. 134 De origine Britonum secundum historiam a Godefrido Monemutensi translatam.

61 **2575** (Ald. 45) membr. 4⁰. s. XII exeunt. 139 fol.

F. 2 Sermones et sententiae magistri **Hugonis.** Inc. 'Septem sunt uicia principalia, superbia uidelicet, inuidia' etc.

f. 26^b Sermo B. **Augustini** (?) de plaga domini. Inc. Cum regum lectio legeretur audiuimus quod cum plaga dei seuiret etc. f. 27^b Eiusdem (?) sermo de iudicio Salomonis et de duabus meritricibus = Vol. V, 1822 ed. M. — f. 29^b Eiusdem (?) sermo de B. Helya = ibid. V, 1823. f. 32^b Alius sermo de Dauid. Inc. Videmus fratres karissimi quomodo dauid Christum prophetice significauerit. f. 40 De martiribus et de omnibus Sanctis. Inc. Videns autem turbas (Ev. Matth. 5, 1), quasi multitudinem uitans ut solis discipulis loqueretur ascendit in montem. f. 46^b 'Ibo mihi ad montem myrrae et colles lybani (Cant. cant. 4, 6) et loquar sponsae meae' etc. f. 52^b 'Dum medium silentium tenerent omnia. Tria sunt silentia. Primum est ignorantia languoris' etc.

f. 55^b De archa Noe pro archa sapientiae cum archa ecclesiae et archa matris gratiae. Inc. 'Cum sederem aliquando in conuentu fratrum et illis interrogantibus meque respondente — — a cogitatione funditus excludit'. Sunt tres libri. In indice codicis auctor magister Hugo nominatur.

f. 85 **Bernardi** abbatis clareuallensis apologium. Cf. edit. Migne I, p. 895.

f. 102^b De VII signis quae uisa sunt in natiuitate Domini. Inc. 'Miserator et misericors saluator humani generis' etc.

f. 106 **B. Bernardi** sermo de epiphania Domini. f. 112^b Eiusdem sermo de pastoribus ecclesiae.

62 **2576** (Ald. 46) membr. 4⁰ min. s. XIII. 84 fol.

F. 1 **Hugo** de ordinatione claustri. In fine legitur: Explicit liber claustralium tam canonicorum quam monachorum.

f. 54^b 'Dominus iudicabit fines terrae'. Inc. Dominus iudicium suum in finem seruabit ut compleatur iustitia etc.

f. 59^b Tractatus super sacramento missae. Inc. 'Beneficia

quae pro saluandorum reconciliatione saluator in terris exhibuit' etc.

2577 (Ald. 47) membr. 2⁰. s. XIII. 79 fol. 63

Hugonis de sacramentis christianae fidei liber primus. Cf. Migne, Curs. patrol. vol. 176, p. 173—364. In ultimo folio legitur epistola Y. (sic) papae ad G. (Gebehardum III, 1084—1110?) Constantiensem episcopum, respondens quaestionibus ab eo latis de clericis ab excommunicatis episcopis ordinatis etc., ex tempore schismatis et belli civilis. Inc.: 'Quia te speciale'.

2578 (Ald. 48) membr. 2⁰. s. XII exeunt. 207 fol. 64

Fol. 1 **S. Ambrosii** tractatus de hystoria Josephi captiui translata ab ipso ex greco in latinum. Sunt libri V qui feruntur **Hegesippi** de bello Judaico, quos postremum C. Fr. Weberus (Marburgi 1864) edidit.

f. 185ᵇ Explicationes aliquot S. Scripturae. Inc. Abstulit autem et serpenti uocem iratus malignitati quam gesserat in adam.

2579 (Ald. 49) membr. 4⁰ min. s. XII exeunt. 103 fol. 65

F. 1 **Bernhardi** abbatis clareuallensis de consideratione libri V ad Eugenium papam. f. 99ᵇ P. Cellis abbatis epistola ad abbatissam Fontis Ebraldi, comitis Andegavensis filiam. Inc. 'Inspector conscientiarum'.

2580 (Ald. 50) membr. 4⁰ min. s. XII exeunt. 74 fol. 66

F. 1 Anonymi commentarius in Boetii librum de trinitate. Inc. 'Librum hunc de trinitate inchoantis primo uidendum est quae sit auctoris intentio quae libri utilitas'. Commentarius plane diversus est ab illo Giselberti Porretani, cui in catalogo adscribitur. Septem prima libri folia sicut tria ultima manu saeculi XV suppleta sunt.

f. 67 Inc. 'Quicumque uult saluus esse ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem'. Est expositio Athanasiani symboli, cuius auctor in tegumento libri **Giselbertus** Porretanus nominatur. (Expositio Venantii Fortunati Patrol. C. 88, p. 585 a nostra diversa est.)

2581 (Ald. 51) membr. 2⁰. s. XIII. 267 fol. 67

(**Honorii Augustodunensis**) Speculum ecclesiae. Cf. Patrol. Curs. T. 172, p. 813. In ultimo folio legitur hymnus ad honorem st. Katerinae 'Ave gemma claritatis'.

2582 (Ald. 52) membr. 4⁰. s. XIII. 173 fol. 68

Aurelii Augustini Confessionum libri XIII.

2583 (Ald. 53) membr. 4⁰. s. XIII. 138 fol. 69

F. 1 **Quoduultdei** diaconi et **Augustini** epistolae mutuae. Cf. II, p. 991—1102 ed. Migne. f. 6ᵇ Augustini liber de haeresibus = vol. VIII, p. 21. f. 39ᵇ Eiusdem Retractationum

libri II. In ultimo folio 6 versus de Melchisedech et Christo. 'Melchisedech domino panem uinumque litauit'.

70 **2584** (Ald. 54) membr. 4⁰. s. XIII. 112 fol.

Augustini de doctrina christiana libri IV.

71 **2585** (Ald. 55) misc. membr. 4⁰. s. XII et XIII. 130 fol.

F. 1 **Augustini** Enchiridion.

f. 77ᵇ 'Quaedam prouerbia phylosophorum'. Inc. 'Cum quidam stolidus audiente pytagora diceret malle se cum mulieribus esse quam cum philosophis conuersari. Et sues inquit libentius in sceno (scr. caeno) quam in aqua conuersantur'. Cfr. Clm. 6292, f. 84; sunt Pseudo-**Caecilii Balbi.**

f. 84 De loco Ev. S. Matth. 'In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae' sermo Anonymi, sic incipiens: 'Ecce audiuimus quod ueritas ipsa apostolicis uiris promittat'. Incipit deinde f. 94 in media pagina epistola Anonymi: 'Queris scire quomodo uerum sit quod augustinus dicit'.

f. 95 Epistola sic incipiens: 'Queris a me mi berenharde quid mihi uideatur de illa augustini sententia in qua atribuitur patri unitas' etc. Sequitur f. 98ᵇ alia epistola brevissima. 'Queris cum omnia in prima creatione dicantur bona'.

f. 99 **Symonis** abbatis uisio, ad finem mutila.

f. 101 (**Martini Dumiensis**) Formula uitae honestae. Non adest nisi pars extrema.

f. 102 s. XIII. **B. Bernhardi** de XII gradibus humilitatis opusculum. f. 118 Eiusdem liber de gratia et libero arbitrio.

72 **2586** (Ald. 56) membr. 4⁰. s. XIII. 112 fol.

F. 1 (**Potho** Pruefelingensis: cf. cod. lat. n. 2651, 27330) **De miraculis S. Mariae.** f. 88 Sermo de transitu B. Mariae cum prologo **Gerhohi** praepositi Reichersbergensis de authenticitate huius sermonis inedito; cf. Bach, in 'Oest. Vierteljahresschrift f. kath. Theologie' IV (1865), p. 117.

73 **2587** (Ald. 57) membr. 8⁰. s. XIII. 53 fol.

F. 1 **Apocalypsis S. Johannis** cum permultis glossis interlinearibus et marginalibus. f. 52 Descriptio XII lapidum in Apocalypsi (XXI, 19) mystica.

74 **2588** (Ald. 58) membr. 4⁰. s. XIII. 117 fol.

F. 1 **Bernardi** abb. sententiae et sermones.

f. 92 **Admeri** (Eadmeri) monachi Cantuariensis liber de beatitudine coelestis patriae. Cf. Patrol. Curs. T. 159, 587.

75 **2589** (Ald. 59) membr. 8⁰. s. XIII. 64 fol.

F. 1 Excerpta ex decretis Coelestini et aliorum Paparum.

f. 21 Canones Apostolorum.

f. 27 Canones conciliorum Nicaeni, Ancyrani, Neocaesariensis etc.
f. 45 Excerpta ex scriptis SS. Patrum, imprimis Augustini.

2590 (Ald. 60) = cod. lat. 1090.

2591 (Ald. 61) membr. 8⁰ mai. s. XIII. 109 fol. **76**

Honorii (Augustodunensis) Gemma animae. Cf. Patr. curs. T. 172 p. 541 sqq.

2592 (Ald. 62) membr. 4⁰. s. XIII. 85 fol. **77**

Idem liber. In fronte codicis legitur: Frater Dominicus Ohselhart procurauit B. V. Mariae in Alderspach a. M. CCC. XIIII.

2593 (Ald. 63) membr. 4⁰. s. XIII. 186 fol. **78**

Fol. 1 **Ivonis** episcopi Carnotensis Panormia. Cf. Patr. Curs. T. 161 p. 1041 sqq.
f. 157 **Purchardi** Wormatiensis episcopi liber paenitentialis. Est liber nonus Decretorum in Patr. C. Tom. 140 p. 949. f. 186ᵇ Versus de casibus reservatis. 'Qui facit incestum'.

2594 (Ald. 64) membr. 4⁰. s. XIII. 42 fol. **79**

Fol. 1 **Ivonis** Carnot. ep. epistolae quaedam. f. 9 Eiusdem Panormiae Summarium.
f. 24 **Wilhelmi** (de Conchis) Compendium philosophie de naturis corporum celestium et terrenorum. Sunt libri IV, sed in nostro codice non integri, impressi in ed. Basil. Bedae Vol. II, p. 311 sqq.

2595 (Ald. 65) membr. 8⁰. s. XIII. 43 fol. **80**

Inc. 'Queris uenerande dux normannorum et comes andagauensium cur magistris nostri temporis minus creditur quam antiquis crederetur'. Est **Wilhelmi de Conchis** liber qui inscribitur Dragmaticus. f. 43ᵇ Receptum pillarum probatarum. s. XIII.

2596 (Ald. 66) membr. 4⁰. s. XIII. 52 fol. **81**

'Liber de rerum creatione et formatione corporalium et spiritualium et aliis pluribus eis pertinentibus'. Inc. 'Creationem rerum insinuans scriptura deum esse creatorem initiumque temporis . . ostendit'.

In tegumentis fragmenta libri formularum (Lud. de Hildesheim?) et diploma Henrici de Wida de contractu venditionis. s. XIII.

2597 (Ald. 67) membr. 2⁰. s. XIII. 225 fol. **82**

Petri Lombardi Sententiarum libri IIII. In fine mancum.

2598 (Ald. 68) miscell. membr. 4⁰. s. XIII et XIV. 116 fol. **83**

F. 1 'Sermones tam de sanctis quam de aliis'.
f. 30 'Quod peccatum nichil sit'. Incipit: 'Cum angelum per peccatum cecidisse . . constet'. Sequitur fol. 35ᵇ respon-

sio **Hugonis Ribometensis** ad G. Andegauensem, sic incipiens: 'Questioni tue rescribere amor imperat'; cf. Patr. Curs. T. 166 p. 833; tractatus ipse illius G. Andegauensis (Graphionis? cf. Martene Anecd. I, 368) nondum impressus uidetur. Epistola in nostro codice plenior videtur, sed incertum est ubi finiatur; nam sine ulla diremptione sequuntur complures tractatus quasi compendium theologicum conficientes, quorum capita in margg. sic indicata sunt: Cui primum manifestata sit fides uenturi Christi. Quibus circumcisio iniuncta fuerit uel profuerit. De aratione non in boue et asino et similibus. Quid scripta lex continet noua? De praeceptis (Moysis). De falso testimonio et mendacio. De iuramento. De prouidentia. De incarnatione Domini. Quid sit lex naturalis. De fide. De caritate. De elemosina. De clavibus ecclesiae. De simonia. De penitentia. De symbolo. De corpore Domini. (Haec pars codicis haud indigna videtur quae accuratius inspiciatur.)

f. 76[b] De multimoda manus inpositione et lapsorum restitutione.

f. 80[b] Erchenboldo Mogonciacensis eccl. archiepiscopo Adalboldus Traiectensis.

84 **2599** (Ald. 69) membr. 4⁰. s. XIII. 111 fol. cum picturis.

Fol. 1 Mag. **Petri Manducatoris** sermones per anni circulum in Synodo habiti.

f. 77 **Musica Johannis** Fulgentio episcopo dicata. Sub nomine Joannis Cottonis Gerbertus edidit in Scr. de mus. II, p. 232 sqq. sed deest in eius editione prologus ad Fulgentium.

f. 102[b]—111[a] Figurae variarum disciplinarum pictae, quarum singulis primarii cultores ex adverso adpicti sunt, ut grammaticae Priscianus, arithmeticae Boetius, musicae Pythagoras etc.

85 **2600** (Ald. 70) membr. in 12⁰. s. XIII. 115 fol.

F. 1 **Theoduli** ecloga.

f. 10 De figuris orationis aliaque rhetorica. Unum caput f. 20 extr. agit de salutationis formulis.

f. 26[b] Formulae et exempla litterarum.

f. 36[b] Hymni duo: 'Stella maris decus matrum | Lux lunaris honor patrum | Splendens templum sanctitatis | Tu exemplum castitatis' etc. f. 38 'Splendor patris lumen uerum | solus mundi sator rerum' etc.

f. 40[b] Vita S. Pauli eremitae metrica sic incipiens: Jesu seruorum firmissima petra tuorum etc.

f. 57[b] Vita metrica Mariae Aegyptiacae. Rubro ut auctor carminis **Hildebertus de Lauerdino** (i. e. Cenomanensis) no-

tatus est, cui in catalogo Alderspacensi superiora quoque carmina addicuntur. Cf. Patrol. Curs. T. 171, 1321.
f. 82[b] Inc. 'De partibus orationis pro modulo ingenii nostri breuiter aliqua disseremus'.
f. 105[b] De VII petitionibus orationis dominicae. Inc. 'Breuem Dominus discipulis proposuit orationem'.
f. 112 Regulae medicinales per singulos anni menses.

2601 (Ald. 71) membr. 8⁰. s. XIII. 59 fol. **86**

F. 1 Commentarius prolixus in Theoduli eclogam incipiens: Philosophia est diuinarum humanarumque rerum scientia.
f. 48 Historiae quaedam evangelicae metricae. Inc.
Mundi factore transtris insidere prorae
Olim dignante per aquas quoque classe natante
Cepit seuire uentus classemque ferire.

2602 (Ald. 72) membr. 4⁰. s. XIII. 36 fol. **87**

Salustii Crispi liber catilinarius et f. 12[b] liber iugurtinus.

2604 (Ald. 74) membr. 2⁰. s. XIV. 285 fol. **88**

F. 1 **Aristotelis** phys. auscult. libri (est vetus translatio). f. 74[b] Anonymi paraphrasis libri Arist. de caelo (citantur f. 113 Almagesti auctores). f. 131 Aristotelis libri de anima, f. 153 de memoria et reminiscentia, f. 156 de generatione et corruptione. f. 174 Anonymi paraphrasis Aristotelis Meteorologicorum. Adiecta sunt in fine praecepta alchimistica de metallis. f. 204 (Pseudo) Aristotelis lib. de plantis. Cf. Jourdain c. 30. f. 215 Aristoteles de longitudine et brevitate vitae. f. 217 (Pseudo) Aristoteles de proprietatibus elementorum. f. 225 Aristoteles de somno et vigilia (hic liber non est integer). f. 227 Anonymi paraphrasis Aristotelis Metaphysicorum (I—XIII). f. 281 Liber de causis. — Monet C. Prantl, cui codicis descriptio debetur, paraphrases librorum de caelo et Meteorologicorum et Metaphysicorum non esse nec Alberti Magni nec Thomae Aquinatis nec Duns Scoti.

2605 (Ald. 75) membr. 4⁰. s. XIII. 142 fol. **89**

Fol. 1 Commentarius Anonymi (an Anselmi, cuius commentum sequitur?) in Cantica Canticorum.
f. 41 **Anshelmi** expositio in Apokalipsim. 'Johannes apostolus ob insuperabilem euangelizandi constantiam a domitiano in pathmos insulam ad secanda marmora exilio relegatur — — ut ibi portas ciuitatis noue Jerusalem ingredi meramini (sic)'. Hoc commentum, ut ex adscripto initio et fine apparet, plane diuersum est ab illo Anselmi Laudunensis, quod exstat in Patrol. Curs. T. 162 p. 1499.

2606 (Ald. 76) membr. 4⁰. s. XIII. 68 fol. **90**

XII Prophetae minores ex versione S. Hieronymi.

91 **2607** (Ald. 77) membr. 2⁰. s. XIII. 130 fol.

Fol. 1 Liber de miraculis S. Brandani abbatis.

f. 16—130 De visionibus, quae variis monachis Cisterciensibus, inprimis Clarevallensibus apparuerunt. Sunt 151 narrationes, prima 'de monacho clareuallis qui uidit in agro B. Mariam uisitantem messores suos'. Cf. Hüffer, Der hl. Bernhard I, 164 sq. f. 130ᵇ Versus de confessione. 'Sit simplex humilis confessio fortis amara'.

92 **2608** (Ald. 78) membr. 4⁰. s. XIII. 125 fol.

Fol. 1 I. (**Irungi**) monachi dialogus de Cluniacensium et Cisterciensium consuetudinibus. Cf. Marteni Thes. N. Anecd. T. V. De nomine auctoris v. Pezii Praef. ad vol. VI. Thes. p. XII.

f. 49 **Ruperti** abbatis Tuiciensis in Cantica canticorum libri VII. Septimus liber non est integer. Cf. Patr. Curs. 168, 837.

93 **2609** (Ald. 79) membr. 4⁰. s. XIII. 96 fol.

Isidori sententiarum libri III.

94 **2610** (Ald. 80) membr. 2⁰. s. XIII. 106 fol.

F. 1 Vitae et passiones S. Mathie apostoli, f. 7ᵇ B. Emmerammi, f. 16 S. Katherine, f. 26 S. Marci Euang., f. 28—38 Virginum undecim milium secundum muros agrippine colonie passarum (sequuntur f. 32 sqq. Relevationes de iis factae), f. 39ᵇ obitus Venerabilis Bede, f. 40 Vita S. Alexi confessoris, f. 42 S. Quirini, f. 45—48 S. Hieronimi presb., f. 51 S. Heinrici imperatoris cum epitaphiis eiusdem et Chunegundis. f. 57—61 Vita S. Ottonis episcopi, sed non integra, f. 74 S. Achacii et sociorum eius X milium.

f. 38ᵇ Sermo de responsorio Gaude Maria.

f. 39 Qualiter sit inuentum sudarium capitis Domini.

f. 48—51ᵃ Liber Baruch.

f. 62—67 **Adami** (Alderspacensis) versus de Summa Raymundi. Inc. Summula de summa Reimundi prodiit ista.

f. 68—74ᵃ **B. Bernhardi** confessio. f. 74ᵇ Eiusdem de uita solitaria liber. f. 90 Eiusdem sermo de moribus adolescentium.

f. 93ᵇ Liber florum de institutione nouiciorum. Auctor libri manu posteriore **Hugo de Fulgeto** adscriptus est.

95 **2611** (Ald. 81) membr. 2⁰. s. XIII. 123 fol.

F. 2 **Richardi de S. Victore** liber qui dicitur Benjamin minor. Cf. Patrol. Curs. T. 196 p. 1—63. f. 34 Eiusdem de exterminacione mali et promocione boni liber. Cf. ibid. p. 1073. f. 57 Eiusdem tractatus de statu interioris hominis. Cf. ibid. p. 1115.

f. 82 **Honorii** inclusi (Augustodunensis) de imagine mundi libri III. Cf. Patr. C. 172 p. 119 et Mon. Germ. Scr. X, 125.

f. 107 **Lotharii** diaconi (postea Innocentii III) de miseria humanae conditionis libri III. In folio ultimo praeter alia versus cum commento, qui leguntur in cod. 2561 p. 161^{b}, ex parte adscripti sunt. f. 123 Regulae vitae pro monacho. 'Cogitet apud se monachus omni hora, si modo moriturus esset hoc faceret'.

2612 (Ald. 82) membr. in 2°. s. XIII. 93 fol. **96**

F. 1 **Heinrici Summarium,** ex Isidori etymologiis potissimum collectum et in XI libros divisum: 1. de grammatica, 2. de disciplina, de computo, de metris, de musica, 3. de animantibus, 4. de plantis, 5. de mundo, uentis et fluminibus, 6. de lapidibus et metallis, 7. de habitaculis, 8. de uariis officiis et nationibus hominum, de clericis et sacris ordinibus, 9. de uestimentis et alimentis, 10. de instrumentis artificum, de bellis, de morbis et remediis, 11. interpretatio verborum S. Scripturae secundum ordinem alphabeti. — Vocum interpretationibus permultae glossae germanicae, aetatem antiquiorem redolentes, in ipso verborum contextu adscriptae sunt, apud Graffium signo Hs distinctae.

f. 91 Vocabularium herbarum latino-germanicum.

In fol. 1 versus in st. Bernhardum: 'Mira loquor sed digna fide Bernharde quid est hoc'. In fol. ultimo versus: 'Salue dei templum'.

2613 (Ald. 83) membr. 2°: s. XIII. 205 fol. **97**

F. 1 **Willemmi** (Wilhelmi) abbatis S. Theodorici uita S. Bernardi clarevallensis. Cf. Patr. Curs. T. 185 p. 225. Est recensio A vitae primae. Cf. Hüffer, Der hl. Bernhard.

f. 135 **Innocentii** (III) de sacramentis libri VI. Sub finem (inde a f. 204^{b}) codex paulo plura habet quam exstant in ed. Migne Patr. Curs. 217 p. 773 sqq.

2614 (Ald. 84) membr. 2° min. s. XIII. 126 fol. **98**

Statuta Cisterciensia, potissimum ad officia ecclesiastica spectantia. Adscripta est in folio ultimo Conradi vicarii gener. eccl. Brixiensis narratio de miraculo quod apud Avinionem accidit a. 1320.

2617 (Ald. 87) membr. 4°. s. XIII. 153 fol. **99**

F. 1 Hymnus incipiens: Salue sancta caro te nunc indignus adoro etc. In pag. adversa est pictura B. Virginis admodum rudis.

f. 2—9^{a}. 19—23 Precationes piae.

f. 9^{b}—19 Rotulus redituum monasterii S. Crucis Werdensis (in Donauwörth). Ed. A. Steichele in Archiv f. d. Gesch. des Bisthums Augsburg II, p. 416 sqq.

f. 23^{b} sq. Diploma ab Henrico episcopo Augustano abbati S. Crucis Werdensi a. 1236 concessum.

f. 25 **(Potho)** De miraculis S. Mariae (ut in cod. Ald. 56 et 121). f. 117 Passio S. Margarete, f. 127 S. Katerine.

100 **2618** (Ald. 88) membr. 8⁰. s. XIII. 96 fol.

Libellus piarum precationum.

101 **2619** (Ald. 89) membr. 4⁰. s. XIII. 57 fol.

Gebenonis, prioris Cisterciensium in Eberbach, Speculum futurorum temporum s. Compendium prophetiarum **S. Hildegardis.** Accedunt complures Hildegardis epistolae et ad eam datae, velut Bernhardi, Eberhardi abb. in Eberbach. Fol. 49ᵇ—57 Hildegardis rescriptum de regula S. Benedicti.

102 **2620** (Ald. 90) membr. miscell. 12⁰. s. XIII et XIV. 148 fol.

F. 1 **Augustinus** de passione domini. Inc. Scribe ihesu in corde meo uulnera tua praecioso sanguine tuo etc.

f. 56 Inc. Multi multa sciunt et se ipsos nesciunt etc. Est tractatus **Bernardo Clar.** adscriptus, vol. III, 485 ed. Migne. Sequuntur fol. 77 varii tractatus minores, quorum primus de VII uiciis quae significantur per bestiam quam uidit Johannes in apocalipsi.

f. 104 **Augustini** liber exhortacionis ad quemdam comitem carissimum sibi. Cf. VI, 1047 ed. Migne.

103 **2621** (Ald. 91) membr. 8⁰. s. XIII. 96 fol.

F. 1—24 'Pactum bawarorum', i. e. Leges B. et Epitome legis Alamannorum, cf. Merkel in Mon. G. h. Legg. III, 9, 172, 189. — f. 25 Varia excerpta ex Augustino, Ambrosio, Isidoro etc. Cf. Pertzii Archiv XI, 613.

104 **2622** (Ald. 92) membr. misc. in 8⁰. s. XIII. 128 fol.

F. 4—39 Elucidarii libri III a) de notitia dei, b) de rebus ecclesiasticis, c) de futura vita. Inc. 'Gloriosissime magister rogo ut ad honorem dei et utilitatem ecclesiae ad inquisita mihi respondere non dedigneris'.

f. 40—79 Varia excerpta et tractatus, manu scripta saec. XIV. f. 40 Excerpta de moralibus (Gregorii M.), f. 45 de Seneca in proverbiis et epistolis, f. 49 ex Augustino de verbo domini, f. 53 ex Bernhardo et aliis, f. 58 Descriptio virtutum et viciorum, f. 60 De X praeceptis, f. 63 De conflictu viciorum et virtutum, f. 65 De connexione virtutum, f. 70 De gradibus amoris et caritatis, f. 76 Ex Bernhardi libro de praecepto et disciplina, f. 78 De negligentiis in missa.

f. 80—82ᵃ Etymologici latini fragmentum. Incipit: est scutum brevissimum in modum lune medie.

f. 82ᵇ—112 Etymologiae compendia per versus hexametros leoninos composita. Incipit: 'Quod pueris libo puerili carmine scribo'; explicit: 'Et super elatus sol est yperiona

dictus'. In margine f. 112 notae aliquot de incantationibus. Cf. Clm. 14096 f. 102—116.
f. 113—128 **Prudentii** Psychomachia cum commento et glossis.

2623 (Ald. 93) membr. misc. in 8⁰. s. XIII. 113 fol. **105**
F. 1—24 Exhortationes. Inc. Karissimi cum sitis oues domini.
f. 25—56 Exempla quantitatis vocum, per ordinem alphabeticum, deprompta et integris versibus probata ex Virgilio, Persio, Horatio, Ovidio, Juvenali, Statio, Prudentio, Lucano, Sedulio, Aratore, Prospero.
f. 57—93 **Sedulii** carmen paschale.
f. 94—113 Sermones de pane domini in die parasceue, f. 99ᵇ de animabus, f. 102 in annuntiatione, f. 104 de omnibus sanctis, f. 105ᵇ de animabus fidelium defunctorum (idem qui in f. 99ᵇ), f. 108ᵇ de sancto spiritu, f. 112 de natiuitate Christi, f. 113ᵇ de natiuitate domini. Codex in fine mutilus est.

2624 (Ald. 94) membr. in 4⁰. s. XIII. 60 fol. **106**
F. 1 Variae quaestiones theologicae de deo, de humanitate Christi, de baptismo, de remissione peccatorum etc. Inc. 'Deus non potest quicquam facere nisi quod ratio diuina dictat ipsum facturum'. f. 54 (**Defensoris**) Liber scintillarum de caritate (breviatus). Migne 88, 597. Cf. n. 356.

2625 (Ald. 95) membr. in 12⁰. s. XIII. 59 fol. **107**
